Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26913
Copyright: Admont, Benediktinerstift

De monacho a sarracenis interfectis

In palestine partibus iuxta vicum thecue qua amos propheta me
ruit procreari solitudo vastissima est usque arabiam ac mare
mortuum quo ingressa fluenta deficiunt iordanis et cineres sodo
morum amplissima extensione porrecta pertingentes. In hac solitudine
summe sanctitatis monachi diutissime commorantes eius intercepti. Nec
corpora tam a beduinis regionis illius quam ab omni fusa plebe arabum
tanta veneratione sunt prerepta ut innumeri populi concurrentes ex
utraque parte gravissimum sibi certamen pro reliquiis eorum indixerint
pia inter se presta rapina devotione decertantes quod nam iustius mereretur
eorum sepulturam ac reliquias possidere aliis scilicet de vicina commoracione
temporum aliis de originis proprinquitate glorantibus. De abbate daniele etc.

Inter ceteros heremitas abbatem quoque vidimus danielem equa
lem quidem ceteris in omnibus virtutes sed specialiter gracia humilita
ornatum qui merito puritatis et mansuetudinis sue a sancto pafnucio
eiusdem solitudinis presbytero ad dyaconii officium est electus. In tantum enim
idem beatus pafnucius virtutibus ipsius adgaudebat ut quem vite meri
tis et gracia parem sibi noverat coequare sibi eciam sacerdocii ordine
festinaret. Denique optans sibimetipsi successorem dignissimum providere
superstite presbyterii honore eum provexit. Qui tamen pristine humilitatis
consuetudine non omittens nichil umquam sibi illo presente de sublimioris
ordinis adiectione donavit sed semper abbate pafnucio offerente
spiritalis hostias ille velut diaconus prioris ministerium permansit
officio. In quo tamen beatum pafnucium cum talis vir esset ac tantus
ut in multis eciam prophetie graciam possideret hec spes electionis frustra
ta est. Nam non longe post hunc ipsum quem sibi paraverat successorem
premisit ante se ad dominum. De abbate Sereno etc.

Summe sanctitatis et continencie virum nominisque sui speculum abbatem
Serenum vidimus serenum quem singulari veneracione pre ceteris admirati sing
tum super omnes virtutes que non solum in eius actu vel moribus sed eciam
in ipso vultu per dei graciam refulgebat. Ita est peculiari beneficio dono
castitatis infusus ut iam se ne ipsis quidem naturalibus incitamenis